



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. De studio tuendæ concordiaë et virtutibus ad eam necessarijs, videlicet,
Humilitate, Mansuetudine, Patientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

pter quas, labores æconomici fiunt cultus Dei
est, opera quibus Deus iudicat se honore affici.

Quod autem inquit Textus, Abraham fuisse
uitem ualde, in armento, auro & argento, testi-
nium est à Deo approbari distinctionem domi-
rum, proprietatem & diuitias. Vult enim Deus
sanctas esse possessiones, & unumqueng; res suas
nere, & rectè collocare.

Primum ad conseruationem ministerij Euan-
geli, ad hunc usum, ne uera Dei noticia inter me-
tinguatur.

Secundo: Ad defensionem pacis.

Tertio: Ad nos & ad nostros sine luxu & im-
perantia alendos.

Quarto: Ad iuuandos alios uerè egentes, quo-
tum sine notabili detrimento fieri potest, ut 1. Tim.
dicitur, Præcipe diuitibus, ut libenter imperiam
communicent. Et prouerb. 5. Fontes tui deriuant
foras, & tu Dominus eorum maneto. Vult enim
Deus nos honestis laboribus & artibus parare
familiarem, uictum, & alia ad sustentationem
nostræ, & nostrorum necessaria.

Ac primus Patribus uidemus usitatissimam
randi uictus rationem fuisse pecuariam & agrari-
turam.

II.

STVDIVM TVENDI
Concordiæ.

Ut Plato inquit, Omnes sapientes legum latores
 precipue eò spectare, ut ciues sint beati, & inter se
 concordēs. Sic in Ecclesia hi duo nobis omnium stu-
 diorum & actionum fines esse debent.

1. Ut ornemus gloriam Dei, & doctrinae purita-
 tem retineamus.
2. ut Ecclesia consociationem retineamus & fo-
 ueamus.

De hoc posteriore fine, uidelicet, De studio tu-
 endae concordiae grauisimum extat Pauli praece-
 ptum ad Ephes. 4. Cum omni Humilitate, cum Man-
 suetudine, cum Patientia tolerate inuicem in Cha-
 ritate, solliciti seruate unitatem Spiritus, in uinculo
 pacis.

Tres uirtutes nominat ad conseruandam con-
 cordiam necessarias.

Prima est Humilitas abiciens se infra alios, &
 frenans superbiam sine causa rixantem, agnoscens
 propriam infirmitatem, non plus sibi tribuens quàm
 pro uiribus, & non premens uel despiciens alios.

Altera est Mansuetudo moderans iracundiam,
 & uindictae cupiditatem, etiam cum iustis pugnan-
 di causas habemus.

Tertia est Patientia & ἐπιείκεια tolerans,
 multorum infirmitates, & cedens de suo iure, &
 ueras etiam iniurias publicae tranquillitati condo-
 nans.

Pugnat cum φιλονουχία & uirtutibus ad eam
 V 2 necessa-

necessarijs *Ἐλονακία*, quæ uel pugnacitate uel
strositate naturæ, uel morositate, uel superbia,
ambitione, uel odio, uel emulatione, uel quacumque
alia de causa pugnat, de leuibus aut non necessarijs
rebus, & facile irritat alios, ac nusquam cedere
ritanti, sine fine contentiones inflamat.

Illustre autem exemplum *Ἐλασυχίας* ex
tutum ad eam necessariarum hoc loco in patri-
cha Abraham proponitur, dum inquit ad Loth.
quæso sit iurgium inter me & te, Fratres erit
fumus. Si ad sinistram ieris, ego ad dextram
Si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pe-
gam. Etsi enim Abraham, dignitate, officio, auctori-
tate, ætate nepoti Loth longè antecellit, Tamen se
fra Loth abijcit, & de suo iure cedit ac condidit
aliquid, studio retinendæ concordie ac pacis.

III.

FIDES ACQUIESCENS in nudo uerbo promissionis.

Singularis Ecclesiæ sapientia est, fidem nisi
uerbo diuinæ promissionis, etiamsi externa spe
cum uerbo pugnat, ut Abrahæ promittitur possessio
terræ Canaan, & infinita posteritas, cum tamen
nec uestigium pedis in ea teneat, nec ullos liberos
babeat, uel sperare possit. Ideo inquit Paulus, Abrahæ